Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

suam consuetudinem a nulla nisi a se ip
sa pertulit eum sustentari lactis alimo
nia. Quem congruo tempore ablacta
tum: bertholdo sancte tullensis ecclesie anti
stiti tradidit iam quinquennem: liberaliter
educandum. litterarumque studiis imbuen
dum. Qui videlicet berchtoldus genuine
honestatis sectator: mirabilis pluribus de
cessoribus leucham urbem filiis nobili
um nobilitavit in doctis speciebus thesauro
eius. et decus valde ampliavit. edificiis
quam plurimis decoravit. litteralibus ex
erciciis plurimis adimplevit. monasteriorum
normam intus et exterius restauravit.
Tam idoneus itaque vir infantu
lum prefatum susceptum et litteris
fecit erudiri. et omni honestate ingenuis
pueris competenti. In quo cum cottidia
nis corpusculi incrementis. accrescebat
egregia indoles mentis. que eum preteris
sodalibus commendabat cunctis. Sicut
enim doctissimus pater ieronimus attesta
tur. mollis cera et ad formandum facilis.
quadam tractabilitate naturali divinitus for
mabatur. etiam si exterioris artificis ces
sassent manus. Unde celesti preeunte ac
subsequente gratia cunctorum in se benivole
ciam provocabat. quia nichil extollencie
in eo conspiciebant ex regalis scematis
atque diviciarum forme quoque ac ingenii
extollencia: quibus solent carnales ho
mines supra modum intumescere morque
detumescere. Erat quippe affabilis omni
bus etiam infimis: aspectu et affectu hila
ris. obedientissimus non tantum maioribus
et coequalibus. verum et suis maioribus si
ve minoribus. Eius quidem college qui
bus eo illo maiusculi extiterunt duo ad
elberones contribules sui coequalibus prior im
maturo est hinc raptus exitu. ducis vi

delicet theodorici filius. alter autem
hezelonis ducis germanus. ac frideri
ci principis eximius natus: sub scolarum
magistro magistri nepotuli sui bruno
nis constitutus. qui tunc pro tempore
habebatur sciolus. Qui postea ad antisti
tium mediomatrice urbis voto cleri et
plebis magis quam suo assumptus. vir
huius nostro tempore refulsit a prime predican
dus. Nam a principio soli deo placendi
cupidus super etatem suam et valitudinem
carnem suam cum viciis et concupiscen
ciis est crucifigere aggressus. adeo fer
vens igne divinitatis: ut ab ipsis xpi
ani tirocinii rudimentis perfectior puta
retur perfectissimis. Denique ut in presenciarum
de plurimo eius celibatu. columbina
eius innocentia. de serpentina pruden
cia. de discreta acrimonia. deque matura
gravitate in tenera indole taceatur. in
tantum semet ieiuniis et vigiliis afficit.
ut illud beati iob etiam historialiter
dicere posset. Pelli mee consumptis carni
bus adhesit os meum.
Huic ergo tali collegae individui sibi
liter geminno concurrebat affectu.
spectabilis puer bruno insistebat
litterali gimnasio. deque liberalitate su
a sibi congaudebat mutuo. Qui omnibus
suis preminuerunt. tam capacitate liberali
um studiorum quam honestorum extollencia
morum. Nempe primum ut convenit rudibus
decurso ar [illegible] cum trivio. non solum
claruerunt [illegible] pla et metro. verum
et forenses et controversias acuto et vivaci
oculo mentis deprehensas expediebant.
seu removebant sedulo. Quique quadruvii
um naturali vestigantes degustaveant. atque
non minimum in ipso valuerunt. Igitur
cum ibidem pariter educarentur predicti